



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitruvius Itervm Et Frontinus

Vitruvius

Florentiae, 1513

De diuersis regionu[m] q[ua]litatibus, et uariis coeli aspectibus,
secu[n]du[m] quos su[n]t aedificia dispone[n]da. C. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

lias eos, qui literaturæ fiducia confirmati per se ædifi-
cantes, ita iudicant, si imperitis sit cōmittendum, ipse-
sos potius digniores esse ad suam uoluntatem, q̄ ad
alienam pecuniæ consumere summā. Itaq; nemo artē
ullam aliam conatur domi facere, uti sutrinā, uel ful-
lonicam, aut ex cæteris, quæ sunt faciliores, nisi ar-
chitecturam, ideo quod qui profitentur non arte ue-
ra, sed falsò nominantur architecti. Quas ob res cor-
pus architecturæ, rationesq; eius putauit diligētissi-
me conscribendas, opinans id munus omnibus gen-
tibus non ingratum futurum. Igitur quoniam in quo-
to de oportunitate communium operum perscripsi, in
hoc uolumine priuatorum ædificiorum ratiocinatio-
nes, & commensus symmetriarum explicabo.


De diuersis regionum qualitatibus, & uariis cœ-
li aspectibus, secundum quos sunt ædificia dispo-
nenda. Caput. I.

Nec autem ita erunt recte disposita, si pri-
mo animaduersum fuerit, quibus regio-
nibus, aut quibus inclinationibus mun-
di constituantur. Namq; aliter Aegypto, aliter Hispa-
nia, non eodem modo ponto, dissimiliter Romæ, item
cæteris terrarum, & regionum proprietatibus oport-
ere uidentur constitui genera ædificiorum, qđ alia
parte solis cursu premitur tellus, alia longe ab eo di-
stat, alia per medium temperatur. Igitur uti constitu-
tio mundi ad terræ spacium inclinatione signiferi cir-
culi, & solis cursu, disparibus qualitatibus natur ali-
ter est collocata, ad eundem modum etiam ad regionū
rationes cœliq; uarietates, uidentur ædificiorum de-
bere dirigi collocationes, Sub septentriōe ædificia te-

LIBER

studinata, & maxime conclusa & non patiens, sed
 conuersa ad calidas partes oportere fieri uidentur,
 Cōtra autem sub impetu solis, meridianis regiōibus
 quod premuntur à calore patentiora cōuersa; ad
 septentrionem & aquilonem sunt faciunda, ita quod
 ultero natura lædit, arte erit emendandum. Item re-
 liquis regionibus ad eundem modū temperari quē
 admodum cœlum est ad inclinationem mundi collocat-
 tum, Hæc autem ex natura rerum sunt animaduer-
 tenda & consideranda, atq; etiam ex membris cor-
 poribusq; gentium obseruāda, Namq; sol, quibus lo-
 cis mediocriter profundit uapores, in his conseruat
 corpora temperata, quæq; proxime currendo defla-
 grat, eripit exugendo temperaturam humoris, Cō-
 tra uero refrigeratis regionibus, quod absunt à me-
 ridie longe, non exhauritur à caloribus humor, sed
 ex cœlo rosidus aer in corpora fundens humorē, effi-
 cit ampliores corporaturas, uocisq; sonitus graui-
 res, Ex eo quoq; sub septentrionibus nutriuntur gen-
 tes immanibus corporibus, candidis coloribus, dire-
 cto capillo & rufo, oculis cæsiis, sanguine multo, quo-
 niā ab humoris plenitate, cœliq; refrigerationibus
 sunt conformati, Qui autem sunt proximi ad axem
 meridianū subiectiq; solis cursui breuioribus corpi-
 bus, colore fusco, crispo capillo, oculis nigris, cruri-
 bus inualidis, sanguine exiguo, solis impetu pficiun-
 tur, Itaq; etiā ppter sanguinis exiguitatem timidio-
 res sunt ferro resistere, sed ardores ac febres suffe-
 runt sine timore, quod nutrita sunt eorū mēbra cum
 feruore, Itaq; corpora quæ nascuntur sub septentriōe
 à febre sunt timidiora & imbecilla, Sanguinis autē

abundantia, ferro resistit sine timore, Nō minus sonus
 uocis in generibus gētium dispares & uarias habet
 qualitates, iō qđ terminatio oriētis & occidētis cir-
 ca terrā librationē, qua diuiditur pars superior &
 inferior mūdi habere uidetur libratam naturali mō
 circuitiōne, Quā etiā mathematici orizonta dicunt,
 Igitur quoniā id habemus certū aīo sustinentes, à la-
 bro qđ est in regione septentrionali linea traiecta,
 ad id qđ est sup meridianum axem, ab eoq; alterā
 obliquā in altitudinē ad summū cardinē, qui ē post
 stellas septentrionū, sine dubitatiōe aiaduertemus
 ex eo esse schema trigoni mundo, uti organi, quam
 ὄργανον ἰσχυρὸν ἡ γῆ γὰρ ἰσχυρὰ λέγεται
 ἡ γῆ γὰρ ἰσχυρὸν ἡ γῆ γὰρ ἰσχυρὰ λέγεται
 ἡ γῆ γὰρ ἰσχυρὸν ἡ γῆ γὰρ ἰσχυρὰ λέγεται



a. schema
 trigoni mū-
 di, uti or-
 gani, quā
 sambucan
 græci di-
 cunt.
 b. septen-
 trionalis
 polus.
 c. orizon

LIBER

Itaq; quod est spaciū proximū imo cardini ab axis linea in meridianis finibus, sub eo loco, quæ sūt nationes, propter breuitatem altitudinis ad mundum, sonitum uocis faciunt tenuem & acutissimum, uti in organo chorda, quæ est proxima angulo. Secundum eam autem reliquæ ad mediam Græciam remissiores efficiunt in nationibus sonorum scansiones. Item à medio in ordinem crescendo ad extremos septentriones sub altitudine cœli nationum spiritus sonitibus grauioribus ab natura rerum exprimuntur, Ita uidetur mundi conceptio tota propter inclinationē consonantissime per solis temperaturam ad harmoniā esse composita, Igitur quæ nationes sunt inter axis meridiani cardinem, & septentrionibus medio posita, uti in diagrammate musico medianæ uocis habēt sonitum in sermone, quæq; progredientibus ad septentrionem sunt nationes, quod altiores habent distantias ad mundum, spiritus uocis habentes humore repletos ad hypatos, & proslambanomenos à natura rerum sonitu grauiore coguntur, uti eadem ratione medio progredientibus ad meridiem gentes, paranetarum acutissimam sonitu uocis per faciunt tenuitatem, Hoc autem uerum esse ex humidis naturæ locis, grauiora fieri, & ex feruidis acutiora, licet ita experiendo animaduertere, Calices duo in una fornace æque cœcti æquòq; pōdere, ad crepitumq; uno sonitu sumantur, ex his unus in aquā demittatur, postea ex aqua eximatur, tunc utriq; tangantur, Cum enim ita factū fuerit, largiter inter eos sonitus discrepabit, æquòq; pondere non poterunt esse, Ita & hominum corpora

uno genere figurationis, & una mundi coniunctiōe
 concepta, alia propter regionis ardorem acutum spiri-
 tum aeris exprimunt tactu, alia ppter humoris abū-
 dantiam grauiſſimas effundunt sonorum qualita-
 tes, Item propter tenuitatem cœli, meridianæ natiōes
 ex acuto feruore, mente expeditius celeriusq; mouen-
 tur ad conſiliorum cogitationes, Septentrionales autē
 gentes in ſuſæ craſſitudine cœli, ppter obſtatiā aeris
 humore refrigeratæ, ſtupentes habent mentes, Hoc
 autem ita eſſe à ſerpentibus licet aſpicere, quæ per
 calorem cum exauſtam habent humoris refrigera-
 tionem, tunc acerrime mouentur, per brumalia autē
 & hyberna tempora mutatione cœli refrigeratæ, im-
 motæ ſunt ſtupore, ita non eſt mirādum ſi acutiores
 efficit calidus aer hominū mentes, refrigeratus autē
 contra tardiores, Cū ſint autē meridianæ natiōes ani-
 mis acutiſſimis inſinitaq; ſolertia conſiliorū, ſimul
 ad fortitudinem ingrediūtur, ibi ſuccumbunt, quōd
 habent exuctas ab ſole animorum uirtutes, Qui ue-
 ro refrigeratis naſcūtur regionibus ad armorum ue-
 hementiam paratiores ſunt, magnisq; uiribus ruūt
 ſine timore, ſed tarditate animi ſine conſiderantia ir-
 ruentes, ſine ſolertia, ſuis conſiliis refringuntur, Cū
 ergo ab natura rerum hæc ita ſint in mundo colloca-
 ta, ut omnes nationes immoderatis mixtiōibus ſine
 diſparatæ, placuit, ut inter ſpacia totius orbis terra-
 rum, regionumq; medio mūdi populus Romanus poſ-
 fideret fines, Nāq; temperatiſſimæ ad utrāq; partē,
 & corporum membrīs, animorūq; uigoribus, p forti-
 tudine ſunt in Italia gentes, Quæ admodum enim lo-

uis stella, inter Martis feruentissimā, & Saturni frigidissimam media currens temperatur, eadem ratioe Italia inter septentrionalem meridianāq; ab utraq; parte mixtionibus temperata & inuictas habet laudes, Itaq; consiliis refringit barbarorum vires, forti manu meridianorum cogitationes, Ita diuina mens ciuitatem populi Romani egregia temperataq; regione collocauit, uti orbis terrarum imperio potiretur, Quod si ita est, uti dissimiles regiones ab inclinationibus coeli, uariis generibus sint cōparatae, & ut ea naturae gentium disparibus animis, & corporū figuris, qualitatibusq; nascerentur, non dubitamus aedificiorum quoq; rationes ad nationum gentiumq; proprietates apte distribui debere, cum habeamus ab ipsa rerum natura solertem & expeditam monstratiōnem, Quoad potui summa ratione proprietates locorum ab natura rerū dispositas animaduertere, exposui, & quemadmodū ad solis cursum, & inclinationes coeli oporteat ad gentium figuras cōstituerē aedificiorū qualitates dixi, Itaq; nunc singulorum generum in aedificiis cōmensus symmetriarum, & uniuersos, & separatos breuiter explicabo.

De aedificiorum priuatorum proportionibus & mensuris.

Cap. II.

Nulla architecto maior cura esse debet, nisi uti pportionibus ratae partis habeāt aedificia rationū exactionis, Cū ergo cōstituta symmetriarum nō fuerit, & cōmensus ratioanationibus explicati, tunc etiam acuminis est ppriū puidere ad naturam loci, aut usum, aut spem, & detractio